



20.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
SENECTUTE
VIRIDI,

Wie man ein lebhafst und gesundes Alter erlangen
und erhalten könne,

Quam.

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ;

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Ä S I D E;

DN. D. MICHAELE ALBERTI.

SACR. MAJ. REG. PORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS

ANNO MDCCXLI. D. NOVEMBR.

Publicæ ac placidæ Eruditorum ventilationi subjicit

AUCTOR RESPONDENS

GOTTLOB FRIDERICUS KREBS,
JOESTADT. MISNICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



DISSESTITIO INUAGURALIS MEDICA
DE
SENECTUTE
AIRIDI
Sic tuum est iudicium meum quod dicitur
meus est finis tunc
AERIDE DE PROLITO
De Cogito que amissione operari et consit Magdeburg
IN ALIA REGIA HONORICANA
PROLITO
DU MICHAELE ALBERTI
SACR MLI REGI RONIS VITIO ET CONSIT MAGDEB
CONFIRMATIO NIS ET PUNIC NATUR PROLITO
FONDO ORIGINARIO etc.
DECIMO A T SPECIATISSIMO
SUMMOS IN MAGDINA HONORES ET PREMIETEIS DE
CORTULATIS RECITIME IMPERIANDIS
PRO GRVDI DOCIORIS
VATICATORIS RECONDITUS
HOC SOLOE CONSERVAT
Tunc DECIMI A MARINI
Tunc DECIMI A MARINI
VATICATORIS RECONDITUS
GOTLIB ERICRICUS REBS
TYPIS LOR CHRISTIANI HENDTII AGD TYPOCR
ANNE MAGDEBVRGICAE

PERILLUSTRI
GENEROSISSIMO, AC EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AUGUSTO
DE KÜHLEWEIN,
DOMINO DYNASTAE
IN RASCHWITZ,
SACRAE REGIAE POLONICAE MAJESTATIS,
ET ELECTORIS SAXONICI RERUM BELLICA-
RUM CONSILIARIO INTIMO,

*DOMINO AC MAECENATI SUO
GRATIOSO,*

HOC OBSERVANTISSIMI ET GRATISSIMI
ANIMI MONUMENTUM SUMMA PIETATE,
RELIGIONE AC REVERENTIA

D. D. D.

AUTHOR RESPONDENS.

PERILLUSTRIS, GENEROSISSIME

ATQUE

EXCELLENTISSIME,

DOMINE GRATIOSE,

 **E**t si majorem in modum ve-
reor, **P**ERILLUSTRIS
DOMINE, ne in teme-
ritatis suspicionem apud mul-

tos veniam, qui leve & non lima-
tum satis specimen, primumque in-
genii mei fœtum GENEROSIS-
SIMO NOMINI TUO præ-
scribere sustineam: vicit tamen ju-
stissimum metum, & eruditionis,
quam in **T E** singularem omnes su-
spiciunt, & reverentur, admiratio
& **T U O R U M** in me Merito-
rum assidua cogitatio. Quodsi e-
nim mecum reputo, quanta Gratia
atque Patrocinium ante quatuor an-
nos me hominem tenuis plane for-
803 S X
tis,

tis, nulliusque dignitatis ad T E ad-
miseris, admissum quam benignissi-
me audiveris, Lipsiæque actu stu-
dentem summis amplissimisque be-
neficiis cumulaveris, extra me pla-
ne sum positus, nec satis possum fa-
cilitatem erga me T U A M & pro-
pensionem admirari ac prædicare. Ma-
gnitudinem igitur beneficiorum me-
ritorumque T U O R U M , quæ in
ipsis tanta est, ut eam oratione com-
plecti non valeam, perpensus, pie-
tatis meæ esse, judicavi, ut T I B I,

mob

)3

P E R-

PERILLUSTRIS DOMI-
NE, deficiente mihi munere, levi-
dense hocce specimen mente offe-
ram submissa & consecrem. Acci-
pias itaque, PERILLUSTRIS
MAECENAS, serena fronte,
hoc non ut eruditionis cuiusdam,
sed ut gratissimi, honestissimi, ob-
servantissimi animi candidissimos te-
stes, & persuadeas TIBI, hanc
curam fore infixam animo meo sem-
piternam, ut TIBI, si tanta TUA
beneficentia ac clementia non qui-
dem

dem dignissimus, certe tamen gra-
tissimus esse videar. Præstabit Sum-
mus rerum omnium Arbiter preces
diuturnas nocturnasque meas, &
T E, C O N J U G E M P E R I L-
L U S T R E M, atque Ascanium
Generosissimum ad Avitas Paternas-
que virtutes mirifice enitentem, ab
omni periculo immunes tuebitur, at-
que rebus omnibus ex animi senten-
tia fluentibus, servabit quam diutissi-
me. Singularem vero ac inusitatissi-
mam **T U A M** mihi proxime abitu-

ro

ro & conservet, & in dies augeat
gratiam, quod precibus orat omnibus

PERILLISTRIS, GENEROSISSIME

ATQUE

EXCELLENTISSIME DOMINE,

DOMINE AC MAECENAS

GRATIOSE

PERILLISTRIS TUI NOMINIS

Dab. Halae Magdeb.
die Novembr.
M DCC XL.

obseruantissimus & devotissimus

GOTTLOB FRIDERICUS KREBS.



PROOEMIUM.

De Cyro Persarum Rege refert Xenophon & ex eo CICERO de Senectute c. 9. quod in eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negaverit se unquam sensisse Senectutem suam imbecillorem factam, quam adolescentia fuisset. Hoc testimonium cum multis aliis exemplis comprobat, quod nonnunquam divina clementia & providentia variis subjectis tranquillam & sanam largiatur Senectam, sicut LAERTIUS de Socrate in ejus vita testatur, quod adeo moderate cibo potuque usus fuerit, ut absque medico, valerudine inoffensa vixerit. Vulgo quidem terribilia Senectuti tribuuntur prædicata, ut quilibet ante ostia ejus constitutus ingressum illius valde perhorrescere queat: ita enim

A 2 CYPRI-

CYPRIANUS inquit: quid stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem festinare non contendat? quid totius corporis habitu, senectute confectus homo ad interitum proferat, dum oculi caligant, aures graviter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuantur, curis arescit, status non suaviter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat: hinc plurimi Senium mortis prænuntium esse arbitrantur, & qui mitius sentire videntur cum SENECA Ep. 108. Senectutem insonabilem morbum aut cum Antiphane Carystio Comico, Officinam malorum vocant: conf. VALLESIUS in Sacra Philos. cap. 66. RANCHINUS de Morb. Senum P. 2. Sect. 2. quo illud effatum spectat, quod HUGO profert de Claustro animæ Lib. 2. tres sunt nuntii mortis, Casus, Infirmitas, Senectus. Casus dubia, infirmitas gravia, Senectus certa nuntiat. Casus nuntiat mortem latentem, infirmitas apparentem, Senectus præsentem. Cum Senectute enim communiter multæ & magnæ imbecillitates conjunctæ sunt, hinc qui Senem dicit, hominem viribus animi atque corporis valde exhaustum & ad efficacia munia subeunda ineptum intelligit, quare Senes peculiaria sua privilegia & immunitates habent: vid. P. Z A CCHIAS Q. M L. L. i. Tit. i. qu. 9. n. 61. 72. on Senectus morbus appellari mereatur. hinc AUGUSTINUS de cæcibz. rud. ait: cum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant nisi longam infirmiratem. Qualibet quidem vitæ humanæ ætas sua peculiaria habet commoda & incommoda; Senectus vero horum numerosa eaque gravia complectitur; attamen in historia naturali constat,

stat, nonnullos homines vel citius, vel tardius senesce-
 re; quosdam commodius, alios molestius Senectutem
 suam perferre; aliquos citius Senectutis metam, alios
 vicissim tardius eam attingere: quare multi, propius
 ad Senectutem accedentes, majorem curam & sollici-
 tudinem de sua sanitate & vita habere solent, quia
 plurimi idem cum CICERO in *topicis* ferunt ju-
 dicium, quod sit *occasus vita*, aut secundum **S O L O-**
N E M, *hyems vita*. Ast quis enarret omnes Senectutis
 molestias atque defecctus: quicunque enim vel a
 nativitate teneri, sensibiles & infirmi sunt, illia aut ad
 Senectutem non pertingunt, aut sub eadem citius
 succumbunt, aut graves patiuntur afflictiones; qui-
 cunque etiam vires animi atque corporis valde exer-
 cent & præmature enervant, illi pariles experiuntur
 consecutiones; dum contra experientia edocet, quod
 alii cum moderata sanitate senectutem ingrediantur
 & aliquandiu in eadem prospere progrediantur: unde
 de nonnullis, haud ita valde trepidis, illud **HIE-**
RON Y MI in *Ep.* valet, *nemo tam fraxis viribus & de-*
crepita senectutis est, ut non se puer unum odbuc annum
esse victurum. Notatu utique dignum est, quod in
 certis locis & regionibus Longævi & Senes dentur
 homines, in aliis autem minus tales, prout vel puri-
 tas & temperies aeris, aquarum qualitas, ratio vi-
 vendi & negotiorum conditio discrepat; ob id etiam
 antiquissimi Philosophi frequentiam ægrotandi &
 præcipitantiam moriendi hominum intemperatæ vi-
 ta tribuerunt: quo laxius enim, indulgentius & de-
 licatius a teneris homines educantur, eo magis fra-

gili, mutabili & infirma prædicti sunt sanitate, ægris
 usve ad placidam Senectutem pertingunt, ideo in il-
 lis, qui citius & tardius senescunt, variae causæ natura-
 les contribuunt. Et quo magis homines mundanis
 rebus usi fuerunt, ut de illis consummatam exper-
 ientiam possideant, in fine tamen videbitur cuius sit
 toni, ut nihil sub Sole hac etiam ætate perfectum sit:
 quantumcunque enim Senes de titulis & vitulis, de
 meritis & præteritis, de honoribus & floribus, de
 divitiis & deliciis &c. gloriari possunt, illud tamen hoc
 quadrat, quod DEMOCRITUS *senectutem omnimo-*
dam imperfectionem esse dixerit, eo quod omnia habeat, &
 tamen *omnibus indigeat*, ap. STOBAEUM Serm. 115.
 Plurimum sane ad Patriarcharum Longævitatem
 præter divinam providentiam contribuit Sancta,
 temperata optimeque ordinata vita, qualem si no-
 strorum temporum homines imitantur, æque sub
 eadem divina benedictione ad longiorem ætatem
 pervenire possunt & solent: nec desunt exempla eo-
 rum, qui cum periplectomene ap. PLAUTUM in
Mil. glor. Act. 3. Scen. 1. v. 36. gloriari possunt, *clare oculis video, pernix sum manibus* (i. e. habeo ad quidvis fa-
 ciendum manus expeditas) *pedibus mobilis.* Si albus
capillus hic videtur, nequitum ingenio est senex: inept in
boc amussitata (i. e. juxta Festum & Lambinum perfecta
 ad perpendicularium exæcta, ad amissim facta natura)
suo sibi ingenua indoles. Et talia viridis Senectutis ex-
 empla non modo omnibus, qui longam & sanam
 vitam optant, auditu jucunda, sed & quoad salubria
 eo pertingendi media, imitatu accepta sunt. Confi-
 den-

dentiam atque spem ad talem tranquillam Senectam
 perveniendi faciunt medici & philosophi: inter plu-
 res alios ita differit CÆLIUS RHODIGINUS Lect.
 antiqu. Lib. 30. cap. 2. ab init. Seniores magna ex parte mi-
 nus agrotare, quam juvenes adnotatum ab Hippocrate est
 (Sect. 2. aph 39.) binc profuit adagium perelegans, ut seni-
 lem valetudinem nuncupemus satis prosperam, minusve cau-
 sationibus obviam infestamus; in quem locum ita com-
 mentatur HOLLERIUS, Hipp. Lib. 1. de Diæta, senes
 morbosissimos esse scribit: inter arates sanis maxime sunt
 pueri, secundo loco juvenes: morbosissimi, qui maxime se-
 nes & his proximi sunt: Dicendum pueros quidem & juve-
 nes, si etatem cum ætate conferas, saniores esse senibus: si
 vero species modum vivendi, non item. Juvenes enim ob
 vitam intemperantem & libidinosam magis & saepius agro-
 tare, quam senes: contra senes minus & rarius ob vitam
 temperatam & continentem. Quum ergo in hac sententia
 dixit Hipp. senes minus agrotare, quam juvenes, vitam u-
 trorumque spectavit, non etatem: Interim & juniores &
 seniores non æque raro inter se aliquid commune ha-
 bent, quo utrisque non parum emolumenti accedit:
 Juvenum senilis prudentia & senum juvenilis vivaci-
 tas & activitas ubique & admirationem & veneratio-
 nem meretur, quare AUGUSTINUS in Psal. 113.
 dicit: Sit senectus nostra puerilis & pueritia senilis, ut nec
 sapientia nostra sit cum superbia, nec humilitas sine sapien-
 tia, & PLUTARCHUS in moralib. ut adolescentem in
 quo senile est aliquid, sic senem in quo adolescentis probi est
 aliquid laudamus. Sed dum multi homines Senectu-
 tem, hancque gratiam, pacatam & sanam optant,
 quid

quid inter humana naturalia consilia optatius experitiusve esse potest, quam viam mediaque indicare, quibus ad felicem talem scopum pervenire liceat. Hæc meditatio ansam nobis præbuit, ut præsenti Inaugurali Specimine de SENECTUTE VIRIDI differamus. Cui proposito ut cœlestè jubar a fulgeat, eidemque felices progressus largiatur, ardentibus precibus flagitamus.

§. I.

Intra alia, quæ nonnulli antiquiores in Seneccutis viruperium eloquuntur, illa SENECA sunt effata Ep. 22. *nihil turpius esse, quam Senem vivere incipientem*, quasi vivax & naturali vigore velut rejuvenescens Senex Societati ignominiam afferat: cum tamen inter homines vegeti & vividi Senes ornamentum & corona populi esse videantur, quidquod *Sacer Codex* multis locis & exemplis Seniores verbis & factis honore admodum dignos declareret. Sic etiam senibus turpitudini ducitur, quando puerilia elementa, tyrocinia ac rudimenta tractare debent, ut propterea idem SENECA Ep. 36. edixerit, *turpis & ridicula res est elementarius Senex*: contra vero laudi ducitur Senibus, si elementis non doctrinalibus, sed naturalibus aut physicis rite & moderate uti didicerunt & sueverunt, inde vita & sanitas firmior & longior ipsis promittenda erit. Ita GORGIAS rogatus, *qua virtus ratione usus sit, ut ad longam senectam pervenerit, respondit: nihil unquam ad voluptatem medi, neque feci.* STOBÆVS Serm. CL. Nec propter

pterea quempiam communis *erymologica* derivatio aut *critica* interpretatio *Senis* & *Senectutis* deterrire debet, quando modo *Senex* qs. *Semi nex*, aut *se nesciens*, aut *sen*-*bus longuens*, aut *se vivere nescius*, *senescens*, *decrescens*, & pedetentim *moriens* esse dijudicatur. Nostra meditatio non circa *decrepitos*, rugosos, *frigidos*, caluos, marcidos, exsuccos & *semi mortuos* versatur, sed *illam* observationem & consultationem pro *argumento* & *objecto* habet, an *nonnulli* homines *viridem*, vegetam, vivacem & comparate *sanam* *Senectutem* assequi & continuare valeant; Hinc quidam *Senectutem* in *primam* seu initiantem, *medianam* & *summam* divisorunt: ita CÆLIUS RHODIGI-
NUS Lect. Antiqu. Lib. 19. c. 22. ait: GALENUS (videlicet L. 5. de *senit. tuend. c. ult. in f. class. 2.*) distribuit Senes in *ωμογέντας* viventes & *πειπέλες* *decrepitos* aut *morti proximos*: & MARTINI in Lexic. Philolog. inquit. tit. *Senex. Senectus est cruda*, i. e. cum aliquo virore juncta, unde dicuntur *ωμογέντες* anno L. deinde circa LX. *γέροντες*. tertio decrepita, unde *πειπέλοι* ate ab alto: nam nova humilia, vetera alta esse solent. conf. P. ZACCHIAS Qu med. Legal. Lib. 1. tit. 1. qv. 9.n. 21. sq. Omnino igitur *vege*-*ta senectus laudanda*, optanda & *adjuvanda* erit: & quamvis *contrarierotem* involvere videatur, *juvenilem* *Senectutem* deprædicare, nihil tamen secius in hac prædicatione, *vigor* magis *æstimari* meretur, quam *atatis* *discrepantia*. Quadrat huc AUSONII versus & effatum in sent. Chilonis. *Grata Senectus bomini parilis juventu*
illo juventus gravior, quæ similis Senectæ. Et ira passim antiquissimi historici & Poetae Rethores tam *robustum* & juvenili vigore decoratam ætatem extollunt, velut CICE-

RO de Senectute c. 3. & 5. VIRGILIUS de Charonte Lib. 6.
 Aeneid. v. 303. viridem Senectutem concelebrat. TACI-
 TUS Lib. 6. Annal. c. 27. vividam nominat Senectutem,
 sicut hinc & illinc similes panegyrici Senectutis occurrunt:
 Quis autem tot exempla hominum, viridi Senectute co-
 ronatorum, commemoraret: haec eorum, placidam Sene-
 ctutem optantium, cura esse debet, ut aliorum *salutaria*
exempla & *salubrem vivendi* conditionem imitari contendant:
 ne de illis valeat effatum HUGONIS de Clauſt. ani-
 ma L. 3. c. 10. *Sicut porcus in immunditiis, sic Senex in*
vitiis. Quid enim illi metus & angores, quid illæ que-
 relæ juvant, quæ appropinquantem Senectam pro argu-
 mento habent! Solon dicebat ap. LAERTIUM Lib. 4. c. 7.
nulli exprobrandam esse Senectutem, ad quam omnes opere
pervenire: absurdum enim est aliis probro dare, quod quis
opere sibi contingere. Quicunque enim Senio tranquillo
 atque *sano* frui gestiunt, illi *talem juventutem* gerant, quæ
wires naturales, pro Senectute tali *congruas* & *sufficientes*,
 asservant: si fecus vixerint juventutem *præmatura* fe-
 necute suppressimunt. MAFFEUS Lib. n. Hisbor. Indic. re-
 fert: suo tempore virum in Cradezano vixisse, qui *qua-*
ter Senectam vitæ humanae attigit, optima sanitate præ-
 ditum: consecutus est ætatem ter centum & quadragin-
 ta annorum, terque consenuit rotiesque viridem juven-
 tum impetravit. Similem ferme casum Ferdinandus
 Lopeius CASTAGNEDA Lib. 8. rer. Portugall. recensuit;
 quorsum adhuc peculiaris historia *Sevarii* pertinet, quam
 in Comment. in Jof. p. 348. & ex eo DREXELIUS in To-
 bia P. 2. c. 17. repetit: sicut omnes relationes de longæ-
 vis hasce *observationes* confirmare & illustrare adjuvant:
 ob

ob id etiam PHAVORINUS de *Senecture in Commentariis apud STOBÆUM Serm. CL. part. 2.* dicit: quidni Senes multi, si naturæ legibus obtemperaverint, bona valetudine frui possent. Et hoc præliminari & generali annotatione liquet, quod sub *cœlesti* bonitate non pauci homines validam & *vegetam* Senectutem nacti fuerint & adhuc impetrare queant: quod autem eo pertingendi non frivolum ac leve valeat desiderium arque votum, sed quod certæ *præparations, medio & ordines* vivendi eospectent, est, de quo porro differendum nobis erit.

§. II.

Nervus itaque præsentis thematis comple&tetur *salubrio* consilia, quorum usu & ope *Senectus* compare *sana* & tranquilla acquiri & exerceri potest: eo ipso vero *implicite* denotatur, quod *adminicula* talia *tempestive* & mox in *limine* Senectæ adhibenda & porro etiam congrue & constanter continuanda sint, ut mox limites *prægressæ* & hujus ætatis quoad individuorum qualitates rite ordinentur. Quando autem teste creberrima experientia & suffragio HIPPOCRATIS de *vif. rat.* ut & GALENI de *sanit. tuend.* Lib. 6. c. 3. cl. 2. in aliquibus *Senectus tardius*, in aliis *citius* accedit, (conf. ZACCIIAS l. c. qu. 7. n. 35.) attamen hæc ætas magis ab *annis*, quam signis *externis* determinanda est: haud quidem GALENUS XI. Metb. Med. cap. 9. class. 7. eum Senem vocare voluit, qui vires adhuc habet *integras* & Lib. de cur. rat. per *Sangu. miss. c. 9 class. 6.* Senes nullum robur habuisse asseruit, sed videtur magis de *decrepitis* & efficeris Senibus hoc judicium ferre: Nec quidem prolixius indicare placet, quænam Senectæ periodi ac termini vulgo decernantur, quæ dijunctio secundum *differentias hominum* longius aut brevius

viventium accommodanda esset; nam qui centum, imo
alterum & tertium ætatis centenarium attingunt, semper
personales ejus divisiones requirent; nec ab *illis* subjectis
calculis quasi duci debet, quando ob multiplices causas
prematuro accedit Senectus, quæ ut plurimum invalida,
valetudinaria, & ad *brevem* vitae exitum apprime præpa-
rata est: Ob id secundum tractum annorum, ultimis se-
culis & plurimis subjectis accommodatum, *Senectus ini-*
tium sexagesimo, progressum *septuagesimo*, & comple-
mentum *octogesimo* anno constitutum esse, afferimus, quod
relicuum accedit, *appendix* & singulare supplementum
divinæ providentiae existit, juxta illud *Ps. 90. v. 10.* dies
annorum nostrorum in iis septuaginta anni, & si in exten-
sionibus octoginta anni, & excellētia eorum labor & mise-
ria. Quod autem thematis nostri nervum concernit, tunc
zolia significanda erunt *media* naturalia, quæ sub *divina*
benedictione & providentia in *nonnullis* subjectis Senectu-
tem *tranquillam* & mediocriter *sanam* procurare solent.
Huc autem *peculiaria* requiruntur *Subjecta*, dum non sin-
gulis *indiscriminatim* tam placida promittenda erit Sene-
ctus. Quicunque enim homines a *parenibus sanis*, robu-
stis, vivacibus & longævis geniti sunt, illis secundum hu-
manum judicium longinqua Senectus promitti poterit, jux-
ta illud vulgatum, quod fortes generent fortes, modo non
perverso vivendi genere *naturale connatum* & ingenitum
robur enervent arque destruant: Quicunque etiam *a tene-*
ris vel exquisita, vel mediocris *sanitate* prædicti fuerant,
ideoque non multis aut arduis *morbis enervati*, subinde
composita vivendi ratione naturales vires conservarunt,
nec *abusive usurparunt*, ut & *præteritam* vitam in *moder-*

1080

rata & ordinata qualitate transegerunt, nec gravibus & multis excessibus dediti fuerunt; quicunque porro non ante Senectutis terminum artificiosis medicis mediis se manciparunt, indeque dominio & directorio artis se non submiserunt, sed magis naturalibus, simplicibus, diæteticis congruis adminiculis temperatum viræ cursum prosecuti sunt, qui propterea rectius diæteticis regulis & mediis robur naturæ hæc tenus adjuvarunt, quicunque animo tranquillo & moderato sua tractarunt negotia, ideoque non impetuosis affectibus cum pertinacia, impatientia & incontinentia dediti fuerant, de quibus vulgo dicere solent, er habe ein still, fittsam, und ruhig Gemüth gehabt, habe sich nicht geschämt, noch gegrämmt, habe sich stets einen guten Muth gemacht, illi non modo placidam Senectutem ingrediuntur, sed similem etiam continuare possunt & solent. Quicunque pariter in juniorum annorum cursu liberum & legitimum ordinariarum suarum excretionum successum conservant, easque a præjudiciosis turbis præservant, illi pariter distincta tranquillitate & temperie limina Senectæ intrant, & parili gradu in hoc tramite diutius progredi possunt: Quicunque etiam extraordinarias, solubres tamen, excretiones in juniori ætate experti fuerant, velut Sudores crebriores, pleniores & liberaliores, aut periodicas & quasi criticas sudationes, ut & modicas catarrhales purgationes, de quibus ex effectu consequente restari possunt, die Natur habe sich gereinigt; quo adhuc pertinent in proxima ætate opportunæ & temperatæ hæmorrhoidales evacuationes, nec non modicæ alvi fluxiones, aut biliosæ, aut pituitosæ, illi sub moderata harum excretionum tolerantia & tractatione Senectutem æque placidam exper-

Etarē poterunt. Quicunque denique animi sui moribus, inclinationibus & affectibus frāena injicere ac *moderari* sciunt & valent, illis ex regulis medicis Senium pariter tranquillum ac comparate sanum promitti & promoveri potest: Et tales notatu dignas qualitates, præter reliquas alias esse judicamus, quæ spem de futura vivida & vegeta Sene-
tute diversis Subjectis facere possunt.

§. III.

Quando igitur de *Sene&tacut;ta fana* procuranda & adjuvanda differendum nobis est, antea paucis illam *qua&stionem* attingere placet, an *Senes rejuvenescere* queant; fabulam hanc non pauci, *speculationi* magis, quam *veritati* indulgentium, affirmarunt, variisque narrationibus & historiis certificare voluerunt: ast si tales relations vel paululum adspicimus, facile apparebit, non omnibus enarrationibus fidem tribuendam esse: annos, *vigorem*, & mentis atque corporis *alacritatem*, revocare, *naturali* ordine atque medio *impossibile* est: quod vero per *&tatuum cursum* & *progressum*, nunc corporis proceritas & roboris alacritas modo *augescat*, modo *decrescat* in observatione physico-medica incognitum haud est: quod ob variis causas *pr&ematuré* Sene&tacut;ta traditi, novum & *juvenilem* quasi *vigorem* naturalem recuperaverint, historiae medicæ confirmant, quando imprimis *pregressæ causæ morbifica*, vel *artis*, vel naturæ auxilio superatae sunt, ut pro reliquo *naturali* & *personalí* virium gradu, sequens naturalis viræ tractus vegeto robore continuatus fuerit. Satis amplifice & docte hanc *qua&stionem* ventilavit, *Casp. REJES. Camp. Elys. juc. qu. 26. an possibile sit hominem senio confectum rejuvenescere &c.* Fatua sana ja&tantia Em-
piri-

piritorum, Agyrrtarum & Alchymicorum est, quod certo
 alcahest, Liquore, oleo, extracto, Quintessentia &c.
 non modo vitam longam procurare, sed præteritas junio-
 rum ætatum vires restituere audacter promittant, sed isti
 crumeni mulgi credulos decipiunt: talis ostentator & thra-
 sa grandiloquus ille Paracelsus fuit, qui præteritam juven-
 tum restituere temere promisit, quem vero FREITAG
 in aurora medica Lib. 4. cap. 4. refutavit. Quis etiam ra-
 tionali Medicinæ addicetus vetustis illis opinionibus tam fa-
 cilem ac præcipitatem tribuat fidem, quod v.g. Hellebo-
 rus niger serum Senium conciliat, aut aloes, quæ propte-
 rea Sacra amara antiquioribus dicta, vitam prolongare,
 ad annos Noe attingere, & juvenilem ruborem conciliare
 feratur, unde multa elogia de aloeticis remediis ex antiquo-
 rum credulitate hodiernis adhuc constant temporibus, qua-
 si iisdem salus naturalis tribuenda sit: siquidem vix ulla
 prosternant remedia, universalibus usibus adscripta, quæ
 non illa *sacra amara* ingredi deprehenditur: quare vul-
 go pilulæ aloeticæ, variæ denominationis, Elixiria vel Para-
 celsi, vel ad imitationem parabilia, in multis locis, pa-
 gis, civitatibus & provinciis pro Panaceis & domesticis ha-
 bentur remediis. Quam temerariae alias Paracelsi & se-
 quacium, quo HELMONTIUM communiter referunt, por-
 tentosæ promissiones, vitam longam & Senectutem viri-
 dem promittentes sint, tam male successus & eventus re-
 rum veritatem probavit, ut propterea medicus ille JO-
 HANN PETER LOTICHIUS non penitentiali, sed lugu-
 bri oda cecinerit Lib. IV. obs. med. 2. c. 9. Si præcox Medi-
 cimors scandala præbet, oportet -- scandala præbuerit mors
 Paracelse, tua. Nam, dum Nestoreum promisisti pluribus
 evum,

avum, - ipse prius letho præveniente cadi. Ridiculum Medicum si vis Panacea Senectam - conferat, ut reliquis, nemoriare prius. Attamen dantur Senes, qui ad consummatam & seram pertingunt Senectutem, haud tamen exacte regulas medicas observarunt, sed vel lubentius & frequentius comedationibus, symposiis & conviviis interfuerunt, quaslibet ollas degustarunt, & perversas esculentorum & potulentorum miscelas ingesserunt, de quibus vero illud Salvatoris valet: *omnia, quæ dixerint vobis servare servate & facite: secundum opera vero eorum, ne facite: dicunt enim & non faciunt.* Ideo exempla eorum nullum seducere debent, qui sub *luxuriosa*, *gulosa* & *barbara* vita *altam* tamen Senectutem attigerunt, quibus Subjectis *divina* providentia singulare testimonium *longanimitatis* & misericordiae comprobavit, quoniam juxta regulas *physicas*, *mechanicas* & *medicas* sub *tali* vita ratione *impossibile* fuisset diu sanitatis tramites persequi, ne dum quidem Senectutem attingere. Neque etiam *rarisima* exempla eorum pro regula *imitioris* practicæ & indubitate spei similis mutationis & metamorphoseos constituenda sunt, quando quibusdam Subjectis *tales mutationes* sub *Senii* aut accessu, aut progressu contigerant, quæ *juvenibus* familiares esse solent, quales historias referunt BORELLUS Cent. 2. obsf. 81. CAMERARIUS *Sylloge Memorab.* Cent. 8. partic. 95. PAULLINI *Lange Weile* obsf. 25. & 26. ex quibus sane ita *promiscue* ad *singulos* conclusionem formare *non* licet; quippe quales casus *rarisimis observationibus* annumerari possunt. Pessime itaque illi sibi consulunt, qui in exempla aliorum peccatorum audacter peccare non verentur.

§. IV.

Quicunque igitur ad senectutis *limino* accedunt, illi juste judicant, quod *plurimam* vitæ suæ semitam percurrerint, ideoque nonnulli mortem *præmaturam*, inopinatam, minusve desideratam expavescunt, plurimi *media* querunt quibus Senectam *vivacem* acquirere & protrahere possunt. Quoties autem *singularia* exempla Senum occurront, qui *Seram* Senectutem attigerunt, aut sub *inordinato*, immoderato & confuso vitæ genere ad distinctionem Senectutem pervenerant, illi *minime* regulam *imitationis* constituunt; a *paucis* enim ad *multos*, nedum ad plurimos, ab uno individuo ad alterum non valet consequentia, ut nihil de indulgentia, longanimitate & misericordia divina dicamus, quæ pro subiectorum ratione, juxta justam omnibusque qualitatibus perfectam sapientiam & providentiam divinam discrepat: interim quilibet *divino* & *naturali* lege obstrictus est, ut *qualibet* ætate vitæ suæ *prolongationem* querat & promoveat. Exempla itaque *plurimorum* longavorum suppellestilem *mediorum* nobis præbere possunt, quibus *altis* consilia *salubria* suppeditare possunt, quo *vegetam* Senilem ætatem assequantur. Sermo nobis est de *naturalibus* adminiculis, *longam* vitam promittentibus: nam quæ singulari *divino* directorio fiunt, illa sphæram *humanae* nostræ consultationis non ingrediuntur, nisi spirituali magis parænesi indicemus & commendemus, ut homines ita vitæsuæ cursum instituere debeant, quæ antiquissimis piis sanctisque hominibus medium *temporalis* integratatis fuit: nam probi homines qui ante & post diluvium altam & seram Senectam nastri fuerunt, non sine multa *animi afflictione*, ut & regiminis,

diætæ, aut *externarum* causarum & qualitatum *naturarium*
mutatione vixerunt. Quis de Patriarchis ante & post di-
 luvianis sibi persuadere patiatur, quod tam *tronquila*,
 commoda & omni molesta adversitate & *afflictione aliena*
 & destituta vita fructi fuerint! nisi coram Deo vitam
 suam in *integra pietate* egerint, naturalibus viribus at-
 que mediis tam arduas afflictiones superare potuerint.
 Nostra consideratio & consultatio non nisi de *congruis*
naturalibus adminiculis tractat, quibus almus humanæ vi-
 tæ author & adjutor *benedictione* sua subvenire debet; In
 hac medica Consultatione igitur habenda erit ratio *Sub-
 jecti*, quoad *virilem prosopiam* aut stemmatis, præcedentis
 sanitatis, vitæ generis, prægressorum morborum, adhibi-
 torum medicorum auxiliorum, rationem: nam *non eadem*
singulis semibus naturalis est firmitas: ob id ad hanc Con-
 sultationem *non promiscue* quilibet, velut ad Sacram con-
 fugiant anchoram: ideo consilia talia *non ultra sphærā*
 suam extendenda sunt, ne quis inde *immortalitatem* aut
 redditum in præteritam juventutem, quem nonnulli alchy-
 micorum quondam speraverant & audacter promiserant,
 expectare mallet: quis enim *particularēs* regulas in *uni-
 versalem* usum applicaverit: quare quilibet *suos* explo-
 rent & concilient qualitates, an præscripta *bæc* media sa-
 lubritatis *ipſis* sint *accommodata*: periti enim medieci faci-
 le indicare & judicare poterunt, *quibus* Subjectis secun-
 dum causas, leges & ordines naturæ *longior* & *vivacior*
 Senectus promitti queat; judicium tamen *non de omni-
 bus* valet. Etenim *non in artis* potestate est, indubitate
 effectu vires *deficientes* & amissas, remedis, magno qui-
 dem titulo superbientibus, cordialibus, cephalicis, viral-
 bus,

būs, animalibūs, nervinis, corroborēntibūs &c. restituēre, nec Senectutem jām frigidam & languescētēm tali modo robustam atque feram reddere; cum potius homines debiles & valetudinarii, Senectutis ostium intrantes, largo & operoso remediorum artifcialium usū, in cītiores & graviōres morbosas afflictiones præcipitentur, quam multum subleventur. Nec etiam ullus existimaverit, consilia medica, Senibus data, indiscretim palliativis, aut moratoriis officiis tribuenda, sed talia in rationāli Medicina ordinata, apta & efficacia esse, quæ proxime, solide & directe subjectis & causis individualibus convenient. Attamen negandum non est, quod ceteroquin debilibus & valetudinariis Senibus talia præcipiantur consilia & auxilia, quorum efficacia æque limitata, parca & abbreviata existit. Quæ posterior tamen tractatio peculiarem requirit deductionem, qua *Medica Senum debilium* tractatio indicanda & commendanda esset. Denique illi Senes hisce consiliis medicis justa relatione respondent, ut salutarem inde usum & effectum sperare & impetrare queant, qui ratione officii, rei domesticæ & reliquæ mentis moderatæ ac tractabilis attente & assidue medicis consiliis obtemperant.

§. V.

In ordine specialis tractationis jam *potiora* Consilia & media indicanda sunt, quæ viridem Senectutem prædictis Subjectis *naturali* efficacia conciliare possunt. Principolis autem ratio habenda est *Animi*, qui varias ob causas durus & tenax est, dum talia Subjecta suis meritis & bonis operibus, diuturnis laboribus, multis observationibus, innumeris conversationibus, compellatio-

C 2

nibus

nibus & comedationibus, splendidis muneribus, papalibus interdum adorationibus, stirpi, divitiis aliisque temporalibus beneficiis & ornamentiis sepe nimium tribuant & confidunt, ideoque obstinata philavtia & *authoritatis præjudicio* facile reguntur; quibus etiam *contumaces* mores, austeræ inclinationes, præfracti affectus pathetici multis satanatis offensionibus ansam præbent, dum inde provocatæ alterationes æque pertinaciter corripiunt atque continuant. Sic *ira* intensior in Senibus valde *Cerebrum* hujusque membranas & nervos afficit, ut propter familiarem harum partium *siccitudinem* facile pernicioſa humorum *stasis* & *extravasatio*, ideoque affectus paralytici, hemiplegætici, apoplegætici, vertiginosi caduci & syncoptico-paralytici, nec non ob *bilis viscidioris* & acrioris largiorem effusionem intra intestina, gravissimi spasmī, tortima atrocißima, partinacissimæ alvi & urinæ adstrictiones, vomitus contumaces & periculosi, cardialgiae & anxierates extremae, pareses & paralyses connexæ orientur: nec incogniti nobis sunt casus, ubi ob *iracundiam* vehementes tales senes, plane *Epilepsia*, huic aerati alias *insolita* & *incongrua*, correpti fuerant: quid quod hic *iracundus* affectus in nonnullis Senibus, quorum *sanguis viscidior*, crassior & aridior est, *subitam mortem* ob repentinam *Spasmodi sanguinis*, in *corde* & *Sinibus cerebri* enatam, provocavit: ob id *bic bericus* affectus animi in Senibus omni solliciro studio *vitanus* est, ne in iisdem repentinis, impetuofas, simultaneas & pertinaces caufetur corporis alterationes, que *citius occidunt*, quam medelam admittunt, dum ob *tenaces* suas qualitates facile & cito auxiliis medicis non obtemperant. Tanto magis autem

&

& hic & olius affectus intensor animi illis Senibus perniciuos & fatalis facile est, qui non multum, nec sape antea morbosis invasionibus obnoxii fuerunt, adeoque consuetudinem ægotandi haud possident: interim tamen quoad hanc causam consuetudini etiam aliquid tribuendum est, quando talia Subjecta e junioribus annis rixis & exandalcentiis cerebrioribus sine singulari incommodo dedita fuerant, in quibus talis affectus velut in alteram convertitur naturam, ut communi testimonio de iisdem perhibeat, sie wären alte, jänkische, murrische, unfriedliche, unruhige, natrichte Menschen, denen Zank, Streit, processiren ihr Element wäre. Et quamvis communiter quidem Senes non imperiosi in actionibus & affectibus suis esse soleant, tamen quosvis extraordinarios motus pertinaci continuatione perficiunt, & hac diuturnitate corrumput & offendunt, quod juniores vebementia & imperu perficiunt. Ita præterea terror Senibus extreme infensus est, quia subitanæ in iisdem causatur omnium facultatum, virium & functionum mutationes & offensiones, qualis præceps variatio Sensui & usui Senum valde adversatur, qui actiones suas compareat tardius & circumspectius administrare solent: si vero cum tali subita mutatione insuper contumax illa, Senibus utplurimum familiaris qualitas conjungitur, subizanei inde & morbi & funesti eventus superveniunt. Et quamvis porro Senes magis in ordinario vitae curriculo, gravitati & austerae ac seriosæ continentiae dediti sint, ut propterea protervi, effreni, ridiculi, hilares, jocosi Senes pro repuerascentibus ac lepidis interdum veteratoribus habeantur, dum qualitates, Senibus haud competentes, possident, tamen inter viridem aut vivacem, prudenti

denti animi *alacritate* præditam & *puerilem* Sene&tutem manifesta occurrit differentia. Non minus *senilis amor* morali aestimatione turpis, libidinosus autem hujus ætatis affectus, medice dijudicando, vitæ & sanitati valde perniciosus existit: non *rationibus* hanc assertionem jam probare lubet, quia illa *peculiarem* meretur tractationem, *Venerem Senibus inimicam* demonstrantem: sufficerit hoc loco ad numerosissima exempla provocasse, quæ detrimenta Sanitati & Senectutis celeriore decursum, in Subjectis, cæteroquin animo & corpore robustis *libidinosus* affectus provocaverit. Quotiescumque etiam affectus animi reliqui, alias *grata occupatione operosi*, in *Senibus modum* atque gradum *excedunt*, velut Spes, gaudium, delestatio, desiderium, amor honestus, pudor, &c. illi *Senibus*, quia animi & corporis vires superant, *infensi* & *præjudiciosi* sunt: in quibus propterea sollicite *moderationem* & lenitatem observare debent.

§. VI.

Præterea quoad *alia negotia*, in quibus *animi* facultates admodum *operosæ* sunt, Sene&tutem *intrantes*, exquisitæ *moderationi* studere debent, sive in officiis *publicis* & *privatis*, aut *domesticis*, sive in *opificiis* certis constituti fuerint: in hoc momento *duplici* modo nonnulli tales Senes per *extrema* peccare solent: altero quandoe *junioribus* annis *inquietæ*, *distraictæ*, amplificæ, instabili & *operosæ* vitæ dediti fuere, eandemque *inquietudinem* & *sollicitudinem* in *Senio* continuare contendunt, præcipue, si *senilis diffidentia*, *tenacitas*, cura & avaritia animum torquet, tunc in hac ætate prudenter *viribus suis* parcere debent, ne qualicunque suo *senili* robore *aburon-*
tur,

tur, idque citrus nunc *enervent* atque destruant: quare
 senilia talia Subiecta *labores* animi atque corporis qua-
 dantibus *minuere* eosque comparata *moderatione* exercere
 debent: etenim quando *praesentes* animi vires *intensius*
 applicantur, non modo ipse *animi* vigor *debilitatur*, sed
 & functiones, *corporis* conservationi impendendae, gra-
 vius certiusve *destruuntur*: Quare Senibus *tranquillitas*
 & sedata *animi* qualitas ordinanda est: hinc si Senes *sani*
 & relative *vivaces* & vigorosi obseruantur, communi elo-
 gio de iisdem prædicatur, sie führen ein geruhiges und still-
 es Leben oder Alter. Quicunque iraque Senectute *viridi*
 frui cupiunt, *animi moderamen*, ordinem, continentiam
 & serenitatem observent: si quicquam enim est, quod
gratam, ratam, & pacaram Senectam promittere potest,
 est utique *bac animi* tranquillitas: quo acceptæ, ame-
 næ & jucundæ collocutiones, relationes & annunciations
 spectant, quod illo testimonio probatur, da ward der
 Geist Jacobs lebendig. *Prospera* enim contingentia plus,
 quam selectissimum medicamen Senes *reficiunt* & corro-
 borant: ast *excessus* in *bonis* & *gratis* *animi affectibus*, ob
 comparatam mentis *imbecillitatem* cum salubritate per-
 ferte nequeunt: quare exempla constant Senum ob *nimi-*
um gaudium & *hilaritatem subita morte* extinxitorum. Ta-
 le nobis constat testimonium, Senis cæteroquin vege-
 ti, aliquot annis ultra septuagesimum proiecti, qui ob
 inopinatum conspectum dilecti filii, a septennali peregrina-
 tione reducis, in gravem incidit lipothymiam; quomo-
 docunque igitur fieri potest Senes *adversos* & *imperuo-*
sos affectus *parbeticos* sollicite fugiant, in *gravis* autem ex-
actam moderationem observent. Alter error Senibus val-
 de:

de infensus est, quando a *juventute assedit laboribus mentis corporisve dediti, nunc nimium iisdem se subducunt & comoda atque otiose vitae indulgent, sub qua pigra quiete plus tamen ventri inserviunt, corpus oterant & ad faciliorem agrotationem disponunt?* nam *otia animi non modo animo, sed & corpori dant & conciliant vitia: contra vero animi labores moderati reliquas vires in mediocri firmitate & exercitatione conservare adjuvant.* Proinde *talia negotia animi* Senes suscipiant, quae *delectationem aliquam creant:* nam adversa, licet probent virum, tamen humeris *Senum oneroso* sunt, sub quibus facilius *succumbunt*, quia *Senes* nihil scieū comparate *curiosi* sunt, libenter *novas* relationes audiunt, legunt, aut de illis alias interrogant, natural loquaces existunt, itaque *talia colloquia & enarrationes* non parum illos recreant & reficiunt: neque etiam illi *mediocribus cæteroquin mentis occupationibus nimis diurna continuatione* inhærere debent, quia cum *danno* inde alterantur, ut animi & corporis vigor & robur languescat: hinc officia animi sub *alterna tempestiva requie moderate & iterata repetitione* exercere debent. Quo magis enim mens *Senum* in *tenacem & duram inclinat qualitatem, eo magis indulgenter & molliter tractari volunt:* nam quia nunc proprius ad *exitum* vitae suæ accedunt, ideo quoad animi gradus *puerili & infantili ætati & facultati approximantur:* ideo quoad hasce *morales vires remissius & lenius* tractari debent, si *corporis integritas & sanitatis vigor* in iisdem aliquandiu adhuc conservari potest arque debet. Neque porro consultum est *Senibus* perquam *contrariari & contradicere,* ne ad *racitam* indignationem, sanitati æque *inimicam*, commoveantur, unde recti-

us

us illorum judicii, quantum per conscientiam fieri potest, cedere convenit, quia plurimi eorum in *prajudicio Senii* i. e. authoritatis *renociter* haerent. Quantumcumque itaque eorum animus in *tranquillitate conservari* potest, in tantum etiam vigor corporis & sanitatis adjuvatur, eminenti documento & confirmatione, *quantum valeat animi dominium & influxus actius, in oeconomicam vitæ naturalis.*

§. VII.

Quam luculenter itaque constat, quod anima suis *essentialibus & universalibus facultatibus*, suis *personalibus moribus*, suis individualibus *inclinationibus* & suis familiaribus *affectionibus* etiam in *senium* subjectorum *oconomicam vitalem* magnam potestatem habeat, ut nugae, hanc virtutem negantes, nunquam sobrias & ulla attentione dignas rationes in contrarium afferre & defendere possent, ita porro *naturalium causarum relatio* ad Senes ulteriori disquisitione indaganda & inquirenda erit. Quantum *Aeris* efficacia valeat in *alterando* corpore humano, jam abunde constat, servato modo *respectu habitus*, aut *adseritudinis* in perferenda multiplici aeris *diversitate*, secundum quem unus homo *præ altero* plus vel minus hanc tolerare potuit varietatem, quam hoc usque frustra in causis pure necessariis *materialibus* inquireremus, ast non dum invenimus, nisi ridiculam, comicam & ænigmaticam confabulationem, loco prudentis demonstrationis, offerre velimus. Vulgatum illud asylum *mutata constitutionis corporis* in hoc momento nervum non penitus exhaustit: ni illud Aristotelicum aliquid valoris habere posset aut debet, δει πιστευει τοι πανθάνοντα. Secundum principia enim *physico, mechanico, statica, optica, anatomica &c.* Se-

nilia corpora humoribus *crassioribus & minus putredini obnoxiiis, partibus & organis solidioribus, rigidioribus & seccioribus* instructa, non comparate facile ab oëre hujus-
ve mutationibus & injuriis alterari & ostendi deberent,
quia *renis physicis* in iisdem *potentior* est, & illud ce-
lebratum *æquilibrium* nec stricte nec late in Senibus ob-
servari potest: interim in historia facti omnino *compro-
batum* vicissim est, quod ad *aerem* ejusve alterationes Se-
nes admodum *sensibiles* sint, nisi e*præcedentibus ætatibus
personalis* illis *præsto sit adiuetudo*. Communiter quidem
valorem facilius perferre possunt, quam juniores homi-
nes, quoniam *morus* vitales in iisdem *sedatores* sunt,
hinc *pellicea vestimenta* nunc *propensiori* nutu admittunt;
& si de rustica etiam prosapia dependent, caput & trun-
cum corporis ovilla muniunt pelle, ocreas suas, aut cal-
ceos vel stramine, vel alio munimento protegunt,
& velut animal *Æsopicum*, pelle leonina circumdatum,
manduci instar rugosa & austera fronte incedunt. At-
tamen non paucet iam deerepitorum *Senum intrinsecam
calefactionem* corporis *non indiscriminatim* perferunt:
nonnulli saturatum, crassum, *pinguem* potum cerevisiari-
um *agre* perferunt, indeque *molestem*, licet non impe-
tuosam, huic tamen ætati toleraru*adversam* sensationem,
membra *aggravata*, caput *gravativo* & molesto obtuso
sensu afflictum, *turbulentas* noctes, alvum *facciorem* &
urinæ *parciorem* excretionem, quidquid *oppressum* ma-
gis pectus, experientur: id autem in Senibus observari
interdum vacat, quod pro prævia sua *adiuetudine modi-
cum usum* Spiritus ardentis, aut *vini exotici* generosi, im-
primis Hungarici *facilius* perferre queant, quod lubrica-
sua *dulcedine* alvum lenit & *laxat*, oleosa sulphurea sua
sub-

substantia *venrricalum roborat*, volatili sua consistentia
 reliqua *excreoria aperit*, *expectorationem promovet* &
præcipuas excretiones adjuvat. Senectus itaque ob mul-
 tiplices rationes aeris *temperiem exactius observare debet*,
 cui præterea *frigus valde infensum est*, imprimis dum
 nunc ob *communem Ætotis periodum & rationem in frigi-*
ditatem magis inclinat: Hæc sensibilis enim refrigeratio
 Senes *catarrhis capitinis & pectoris*, oculorum & aurium
 doloribus & affectibus, diarrhœæ valde enervanti, dys-
 uria, spasmis vesicæ urinariae & diversorum membro-
 rum, colicæ passioni, asthmaticæ oppressioni & adhuc a-
 liis morbis invasionibus subjicit. Ob id etiam commu-
 niter Senes *temporatum mutationes* in corpore diversimo-
 de sentiunt, imo præsentunt, & ut plurimum *Calendari-*
um senile vivum continent. Inde colligimus & suademus,
 ut homines, *viridem* Senectam optantes, *temperiem* quo-
 ad aëris qualitates observent, videlicet non *nimirum molli-*
ter & indulgenter se gerentes, minime autem *asperiori-*
bus illius affectionibus se committentes, rectius serenita-
 tem, tranquillitatem & temperaturam ejus observantes.
 Et quoniam imprimis Senibus aër *inquietus & ventosus* in-
 fensus est, ideo *talem turbulentam atmosphaeræ qualita-*
tem sollicite fugiant; ni variis præcipue pectoris dannis
 asthmaticis & catarrhalibus pertinacibus submitti velint,
 juxta illud die Alten verfangen sich leicht in der Lufft und
 Wind, imprimis autem ventum *orientalem & Septentrio-*
nalem ægre perferre possunt, paulo magis vero a meridie
 ad occidentem transeuntem & inclinantem.

§. VIII.

Senectutem attingentes & *intrantes* porro quoad

D 2

Die.

Diæta conditionem bonam obseruent temperiem, si longiori & relative firmiori sanitate frui gestiunt: raro etenim ad viridem pertingunt Senectam, qui prægressis ætatis frequentes in diæta commiserant errores. Quare *robur venericuli*, quod adhuc supereft, non *juvenili* more *indisceret* & *liberali* ciborum ingluvie onerent atque *enervent*, sed potius sciant naturam *Senum paucis* aut modica quantitate, attamen bonis esse contentam: *multitudo* enim ciborum multas suggerit *cruditates*, ventriculum onerat & *debilitas*, *asthma*, stomachales similesve *tusser*, *flatus* molestos, perturbationes *alvinae* excretionis, videlicet suspectas & angentes *adstringentes*, enervantes fluxiones & connexa alia incommoda causatur. Ideo *comesstiones*, & convivia magna *moderatione* luxuriosi appetitus frequentare & usurpare debent, ut plurimum enim claudicans consequitur nuncius, & exoptatum præcedentem postea *acerbus* excipit: hinc uberrima testantur exempla, quod dignioris & indignioris fortis homines ab ejusmodi epulis & comesstionibus graves sibi contraxerint morbos, quid quod *præmaturam* accersiverint mortem. Haud itaque appetitiu flagranti & *cupido* obtemperent Senes, sed *modico* sint contenti; qua moderatio præcipue in *cenando* observanda est, ne *insomnes* & incommodes sibi creent noctes, quippe quæ molestia *Senibus magis* ab hac causa familiaris est atque infensa: *longior* itaque ciborum copia *senile robur* in *ventriculo* valde onerat, ut aliquandiu moram colligendi labefactatas vires expectare teneantur: nam *senile* corpus *modico* indiget alimento, ideo omne *nimum* vertitur in vitium & vel in augmentationem *cruditarum* & *impuritatum* vergit, vel in

in sanguinis molestam & *præjudicisam* accumulationem
transit, vel in *virium* præsentium jaſturam cedit; e qui-
bus præternaturalibus effectibus & consecutionibus, non
nisi manifestæ sanitatis offensiones, & morbosæ invasio-
nes prædicti & expectari possunt: quare *quorumliber* ci-
borum, seu eupeptorum, seu duriorum *largior* ingestio
Senibus inimica, proptereaque interdicenda est: qui con-
tra hanc regulam medicam vivunt & errant, certius va-
ria experientur incommoda e quibus interdum *febres*
stomachales, aut *anomolæ* intermitentes esse solent, quæ
magis hæc Subiecta affligunt & *enervant*, quam juniora.
Temperantia itaque in *Diæta Senectutis* est *Panacea* &
certum atque probatum Sanitatis & longævitatis admini-
culum. Deinde etiam sollicita ratio habenda est *Quali-
tatis*, quoad *victum* observandæ: & hæc *mediocritatem*
comprehendere deberet: *duriores* enim cibi, *robustiores*
digestionem requirentes, toleratū nunc *graviores* & mo-
lestiores sunt, licet *præcedentibus* ætatibus *facilius* perfer-
ri potuerint, aut talibus subiectis grati & adsueti fuerint:
quare *GALENUS* ait *Lib. 5. de sanit. tuenda*: *Senibus caven-
dum est ab alimentis durioris concoctionis, cuiuscunque de-
mum nominis & nature.* Quicunque autem residuo robo-
re ventriculi *durius* frui gestiunt, illi imposterum *simili-
victu parcius* & paulo *infrequentius* uti debent; haud ta-
men propterea omnis reliquis istiusmodi *adseri* quon-
dam cibi usus improbari potest, modo circa illius assu-
ptionem *temporibus* observerur: nec etiam tales cibi *robu-
stiores* concoctionem postulantes, gratitudinem alicui
conciliantes, aut appetitum demulcentes in *cœnam* reſer-
vandis sunt, quoniam in *hac* ætate consultius *nocturnis* ho-
ris

ris primæ viæ, seu *officina digestionis & depurationis* in libe-
ro statu conservari debent, quo *secretorii* magis functioni-
bus, aut salutaribus *præparationibus* ad substituendas faciles
& sufficietes excretiones, *melius* ministerium suum præbe-
re queant. Ne vero natura senilis ob *nimirum lenem* & indul-
gentem tractationem *præmature effero*, lassa & languida
reddatur, ideo interdum *modica* quantitas *antebac* magis
usitata & adsueta durioris cibi illis subjectis admitti potest,
victum vicissim *nimirum* colliquatum, *emollium* & elixatum
constanter usurpare velle, *aque minus* salubre est, quia vi-
res, in concoctionis negotio impendendas, valde *relaxat*,
& tam hanc, quam connexas alias functiones, in primis re-
gionibus administrandas, per quam *emollit* & torpidas red-
dit, ut non modo denique ventriculus cum reliquo inte-
stinorum tractu *atonia* & laxitate morbisca afficiatur, sed
& variae molestæ *flatulentie*, insolitæ & enervantes la-
xiiores & crebriores alvinæ dejectiones, lienteriae, mar-
cor & tandem superveniens marasmus, consequantur.
Magis autem Senes utantur cibis *eueptis* & convenienter
coctis, *conf.* JOEPSEI *manuductio ad vitam longam P. I.*
c. 7. p. 48. 49.

§. IX.

Quoad ciborum selectum Senes *temperata sapida*,
haud vero *valde salsa*, nec acerba, austera & nimiumaci-
da, nec etiam facile *acestentia* liberaliori copia ingerant,
quæ *primis regionibus & viis urinariis* multa caufantur
damna; inde enim cardialgiae, tussis stomachalis, ructus
nidorosi, anxxii vomitus, atrox flatulentia, Colica, alvi
adstrictio, aut suspectus fluxus, tenesmi, dolores ne-
phritici, diureseos vitia, imprimis dysuria, aut ischu-
ria

ria, tussis aliquando pectoralis & similia incommoda oriuntur. Et dum senes *dulcia* magis amant, quae *modico* usu ipsis eriam *proficia* sunt, dum *appetitum* comparate excitant & roborant, *concoctionem* sublevant, *alvi* ordinatam & facilem excretionem *promovent*, *expectorationem* adjuvant, (ita ut nonnulli Senes, antequam ad nocturnum somnum se praeparant & accingunt, pauxillum *mellis purioris* optima cum *euphoria* assumere soleant,) ita iisdem tamen cum *moderatione* uti debent: nam *largior* illorum ingestio, aut cum *pinguis* & *acidis* assumptio, multis etiam *morbosis* alterationibus facilem anisam praebet: Et quoniam senilia subiecta facile in *pectore* & *ventriculo* incommoda sentiunt, ita modicus & congruus *dulcium* usus *utrisque* partibus aliqualem salubritatem conciliat: Sin autem cum *dulcium* ingestionē secus processerint, multa inde etiam sanitatis offendicula metuenda sunt, præcipue dum adversam & turbulentam fermentationem, multam inquietudinem aliaque in *ventriculo* & intestinis excitant incommoda, *acidum* hisce partibus inimicum augent, quod alias *copiosa* sua genesi Senibus infensum esse solet. Dum etiam alias *moderatus* *Loctis* usus sub Diæta Senibus & gratus & salubris est, quoniam non modo pauca quantitate usurpatum sufficiens suggerit *alimentum*, sed & *viribus* allevandis & *reficiendis*, nec non singulis *excretionibus* faciliter disrite usurpatum conductit, nihilo tamen secius cum *acidis* una assumptum multas causatur *vexas*, dum mox in *ventriculo* in *caseofum* & *aceescens* abit coagulum & viscidam cruditatem generat, insuper autem *appetitus* prostrationem, flatus, torsiones ventriculi & multa alia connexa causatur damna. Haud tamen ad viridem Sene&tam acquirendam

solus

folus usus & esus gelatinosorum, ut & pullorum gallinaceorum
 conduit: sicut de Caroli Vti filio, Philippo II. refe-
 runt Historici, quod Senectutem oportans & mortem me-
 tuens sollicitam observaverit diætam & in illa ex pullis gal-
 linaceis alimenta ut plurimum comedere, dicens; eum
 vereri, ne si adolescere sineret Gallos (intellexit autem
 gentem & populum Gallorum) ab ipsis devoraretur. Por-
 ro præcautionem circa comedionem *frugum leguminoso-*
rum variorum brassicæ, beræ, pastinacæ, rapæ specierum,
 similiumque coctilium leguminum observare debent; qua-
 lia esculenta senes quidem, velut *cupedia* appetunt, quo-
 rum *robur* tamen ventriculi & intestinorum illis perferen-
 dis & applicandis non sufficit: ob id bonus ventriculus
 extra ordinem in Senibus deprehensus, haud quotidianis
 observationibus annumerandus est: recte itaque RIEDLI-
 NUS in Lin. Med. An 3. Junio obs. 21. p. 400. inquit, quan-
 do quis ultimam ferme Senectutem attingit, haud male con-
 cludi potest, quod organis bonis, & ad quascunque actiones
 naturales perficiendas aptis sit instructus, alias vix ac ne
 vix quidem tot annos complevisset, unde & in talibus Seni-
 bus haud raro tantum viscerum robur notabis, quantum
 vix in juvene quereres: id quod author ille singulare
 ad dita relata observatione comprobat: Quicunque autem a
 juventute singulare ventriculi robore in Senium usque in-
 structi fuere, illi sane hac firmitate & naturali præstantia
 non abus sunt, sed providam illius curam habuerunt, id-
 eo vivacem illius virtutem conservarunt. Quodsi etiam
 quidam sanam & viridem Senectutis continuationem ac-
 quirere gestiant, tunc in Diæta multitudinem & varietatem
 ciborum vitare & magis simplicitatem amare, aut uno &
 altero

altero edulio contenti esse debent; nam si multas ollas degustant, *digestionis* ordinem & vigorem turbant: nec admodum diu gloria illa durat, quod eorum individuorum ventriculus *qualiter* perferre queat, & multiplicatorum ferculorum ingestioni adsuetus sit. Multum etiam *commodi* *Senilibus* ventriculis afferti usus & eus *jusculturum* & embammatum temperatorum, Cardamomo, Macere, bacc. Laur. & juniper. Sem. carv. cumin. fennic. apii, anisi *præparatorum*, quid quod *fructuum dulcium* decoctorum, cum modico Sacchari & Cinnamomi, ut & passulis minoribus mixtorum, quo præter poma & pyra talia, pruna, pruneolæ, caricæ pingues, modica quantitate assumptæ pertinent: ad confortandum ventriculum, primas vias abstergendas & excretiones alvi atque urinæ promovendas, conductit *Senibus* parca *comestio* decoctorum malorum cotoneorum, cum temperato aromate mixtorum, quo adhuc gelatina cum hisce malis parata spectat: quæ singula quoad Diætam illis convenient, qui viridi Senectute frui malunt atque optant.

§. X.

Quod itaque *viridis* Senectus acquiri nequeat, si *ea-*
lis ratio, qualitas & ordo vivendi *non* observatur, innu-
mera confirmat experientia, id quod etiam suo suffragio
comprobatur RIEDLINUS l.c. An. 2. Mayo obs. 24 p. 244. ubi
Senecturis viridis exemplum recenseret, insuperque testatur,
quod plures juvenes inveniantur, qui *viribus debiles* & *ir-*
Senes sunt, quam *qui tam vegeta senectute gaudent*, ut juve-
nes *viribus*, *se non superent*, tamen *æquent*, quales nibilo-
minus, licet rarius, reperiantur; quam observationem
hisce verbis obsignat: *tu qui hac legis, sic vive ut tales se-*

E

nectis.

noctarem expectare possit; quamplurimi enim intemperantia sua, id impediverunt & quotidie impediunt. Ob id etiam homines Senium intrantes moderationem quoad Motum & Quietem observare debent. Minime vero illis absolutum otium, & constans quies ordinari deberet; pessime itaque sibi consulunt illi, qui in progressu annorum periodis laboriosam vitam egerunt, & nunc quieti se tradere volunt, si sub bono appetitu & pleno vietu in sella brachiata & reclinatoria ad calefactam fornacem otios indulgent, proinde vero ex insolita augmentatione sanguinis, hujusve tardiori progressu & concurrente spissitudine, ob insufficientem excretionum successum oriente impuritate humorum multiplices seniles morbi accelerata invasione sibi accersunt: rectius itaque tales iniciati Senes exercitationem corporis moderatam atque labores continuent, habito respectu viuum, temporis, aeris aliarumque circumstantiarum, ne vide licet comparato suo robore abutantur; pro pristina itaque adsuertudine vel ambulando, vel curru vehendo, vel equitando, aut ruri aut domi modo convenienter peregrinando, modo domestica negotia tractando corpus exerceant; & quod jam gradu & diuturnitate minuendum est, id repetitione modica suppleatur: nam remissus, sed indies corpus motu exercere Senibus talibus apprime conductus. Hinc omnes longaevi nunquam in otio, semper in agilitate conditione deprehensi sunt. Quandocunque igitur Senes, motui corporis adsuerti, ab hujus continuacione desistunt, tunc certo certius adversa valetudine confitari inchoant: multum etiam hisce senibus acceptae & sub temperata aura institutae peregrinationes conducunt, imprimis si ex illis lucrum honorum & bonorum sperant, quale

quale medium plus illorum sanitatem erigit & reficit,
 quam selectissima *Panacea*, aut medicina vires gloriose
 promittens: nam *simplicia* talia adminicula, *animum* &
corpus simul blande afficientia, magnam sanitati promit-
 tunt & offerunt utilitatem. Attamen hæc subiecta *relati-*
ve magis quieti, quam motui corporis inherere possunt
 & debent, dum juniores diutius hunc motum cum eupho-
 ria exercere queunt: quare modo *nimiam* quietem & *lon-*
ginquiora otia in *hoc* ærate improbabimus, quæ præter
 multa, intrinsecus oborientia sanitatis detrimenta, rigo-
 rem corporis, ariduram & contracturam artuum, & omi-
 nosum caloris naturalis decrementum causantur. Sic et-
 iam motum per *vecturam* & *equirationem* leniori gradu,
 quamvis iterata repetitione exercere debent, quia con-
 cussiones dorsi, lumborum, femorum & renum ægre per-
 ferre possunt, unde alias facile dolores aliasque harum
 partium afflictiones patiuntur, quoniam per ordinem æ-
 ratis hæc subiecta in cruciatus lumborum, dolores coxen-
 dicum, affectus nephriticos ac ischiaticos & diurecos al-
 terationes admodum inclinant: ad diversos etiam motu-
 um talium corporis localium gradus valde *sensibiles* sunt,
 quilibet senes: quare facile tales dolores in dorso experi-
 untur, si vel paulo intensiori gradu labores exercent,
 hinc conqueruntur, sie hätten sich wehe oder verdrieß ge-
 than, den Lenden - oder Nieren - Stein rege gemacht: & quo-
 niam interdum ischuria & dysuria vexantur, quæ tali au-
 ctiori commotione corporis excitantur, aut accelerantur,
 ideo quoad motuum exercitium *moderamini* studere de-
 bent. Et hoc consilium medicum etiam referendum est,
 ad *Loquelam* & *Sermocinationem*, quæ peculiaris species

exercitationis animi atque corporis est, uti amplius hoc probavit & explicavit D. D. PRÆSES in Disp. de Loquelæ usu Medico. Quare *temperatus* & iteratus Loquelæ usus Senibus perquam utilis, *nimius* contra, immodicus, excessivus & valde diuturnus iisdem *infensus* est, id quod omnes illi satis sœpe experiuntur, qui in Judiciis, Ecclesiis, superioribus & inferioribus scholis, Comitiis, legationibus, aliisque cœtibus hac in ætate sermones suos & potentia & duratione protrahunt.

§. XI.

Proxime in ordine, Medicorum Scholæ usitato, dispiciemus quale moderamen Senes, *sanam*, *vegeram* & longam vitam optantes quoad *Somni* & *Vigiliarum* usum & exercitium observare debeant; quod uterque status sub vario usu vitam & mortem, Salutem & interitum promovere queat, uberrimis testimoniosis a medicis comprobatum est. Senectutis ostia itaque intrantes non penitus *indulgenter* se tractare debent; ideo *multum* aut *nimum* Somno incumbere velle valde Senibus *infensum* est, quia *vires* magis labefactat, animum magis in hac ætate *torpidum* reddit, *cerebrum* nimiis humoribus *pituitosis* opplet & onerat, *catorrhos* invitat, excretionum ordinem & *sufficientiam* turbat, *impuritates* in corpore accumulat, *stagnaciones* humorum invitat, & ad affectus *apoplecticos* magis disponit: qua de causa Senes quidem *sufficienr*, si possunt, Somnum capere debent, quia hac ætate *aliquale* animi & corporis *decrementum* sentiunt, ut propterea Somno *convenienti* viribus suis *subvenire* debeant: ob id communi suffragio, infantibus & Senibus paulo *longior* conceditur Somnus, qui tamen in *vegetis* subjectis non in *virtute*

vitiōsum otium convertendus est, ne loco roboris acqui-
 rendi in praeaturum *animi torporem* & corporis languo-
 rem incident: etenim initiantes Senes comparato *vigore*
 naturali praediti, bono etiam *appetitu* & *somno* probati,
 facile Senectute sua *obutentes* & remissius arque *mollius* se
 tractantes, *longiori* somno plus *damni*, quam commodi
 sibi contrahere possunt. Quod vero Somnum *pomeridial-*
num concernit, de quo medici, praeter necessitatem mul-
 ta judicant, tunc ille *talibus* Senibus interdicendus *non*
 est, qui *nocturnis* horis *interruptum* & insufficienter capiunt somnum, qui *diurnis* horis animo & corpore satis
laboriosi sunt, qui viribus *non* multum *robustis* gaudent,
 qui facile *deflationi* subjiciuntur, qui *mediocrem* ventri-
 culi tonum habent, qui nunc aliqualem *defectum* virium
animi sentiunt, qui *urgentem* proclivitatem ad Somnum
diurno tempore, & præcipue *post prandium* animi
 & corporis *languorem* sentiunt, aut aliquali *capitis gra-*
virat eo tempore afficiuntur, qui eodem temporis ter-
 mino paulo majorem calorem in corpore externo expe-
 riuntur, ubi sanguis largius & intensius ab internis visce-
 ribus in peripheriam corporis transfertur, qui alias *tar-*
dius ingestos cibos *digerunt*, qui *prandendo* paulo *largio-*
rem, cenando autem parciorē victum assumunt, qui
post pastum *incommodes* patiuntur ruetus, si in quibus-
 dam subjectis digestio paulo *cirarius* & efficacius succedit &c.
 quæ qualitates & circumstantiae, in Senibus ob-
 viae, pomeridianum somnum omnino cum *euphoria* ad-
 mittunt. Multum proinde tales homines levat, *reficit* &
 quoad sanitatem confirmat *ordo dormiendi*, quo horas
 exacte observent: quoad hoc enim medium vitæ & sanita-

et Senes cum *infantibus* commune quid habent, dum *inordinate* Somnum capientes, aut *diutius* vigilantes, vel *agre* obdormiscunt, vel *turbulenter* acquiescunt; vel a proximo somno parum roborantur, si werden überwach: id quod cum *majoribus* molestis & incommodis accidit, si *cena larga* & diffusa se opplerunt, wann sie von abendlichen und nächtlichen Schmausereyen zurück kommen. Et quemadmodum juniores ab *nopportuno turbulento* & *inordinato* somno multa variaque sanitatis offendicula experiuntur, ita tanto *magis* hoc in *senibus* contingit, qui propterea *serius bessernam* atxiam dieteticam, aut *prolongatos* atque *auctos* animi & corporis labores accusant, seriusve deplorant, ab hoc enim inordinato Somni exercitio mentis & corporis facultates turbantur: inde etiam in nonnullis subiectis *peculiares* tragici eventus derivari possunt, ut ob gravem *errorem*, quoad *Somnum* commissum, aut *apoplectis*, aut *suffocotivis* affectibns obruantur & præcipitentur, imprimis si *mediocris* error *diæteticus* concurrit & præcedens propensio & *dispositio* ad *tales* affectus in certis *individuis* præsto fuit. Inde etiam liquef, quod *multæ* vigiliæ valde *noxiaæ* sint *Senibus*, quæ cœteroquin *sanos* & robustos homines cito & graviter *labeſtare* solent: hinc in *senili ætate* *nocturnæ* lucubrations & operationes cum longiori pervigilio sollicite *fugienda*, tanto magis si cum *intensiori* virium *mentis* atque *corporis* applicatione excentur.

§. XII.

Plurimum porro *senili* Sanitati *confert*, si *ordinariae*, & quædam *extraordinariae* *salubres* Excretiones rite continuant, quæ dum *bac ætate* aut *facile deficere*, aut ab *ordine*

ordine deflectere inchoant, ita quovis congruo studio
promovenda sunt: ob id excretio *peripherica* per mode-
 raram & constantem transpirationem insensibilem conser-
 vari, allevari & adjuvari debet: id optime & *naturali* or-
 dini admodum congrue fieri potest, si *dæterica* admini-
 cula adhibentur, præcipue alimenta *liquida*, juscula leni-
 entia, modice stomachica & resolventia, e radicibus
 esculentis cichor. petroselini, scorzonerae esculentæ, apii
 dulc. f. Selini, herb. salv. rutæ, thym. menth. & reli-
 quis lenientib. supra commendatis, sem. iisd. cum bacc.
 lauri, junip. modico ZZ. præterea alia juscula *simplicia* a-
 venacea, hordeacea, farinacea calide comedenda, quæ
bumeclante, leniente & calefaciente effectu utilia sunt:
 huc etiam conducunt *loeticiaria modice* & calide ingerenda,
 aliaque dilutiora, decocta, *maturitis* imprimis horis cum
 mitiori *regimine* forbillanda: nonnullis interdum *friſio*
dorsi, *tumborum* & *femorum* cum linteis mediocriter calefa-
 tis ad fornacem calidam proficit: aliquibus nonnunquam
pediluvia convenient, que singula præsidia & media, *cu-*
zem emolliendo, poros *operiendo*, sanguinis *auctiorem* mo-
 tum provocando, *largiorem* humorum ingressum in *su-*
perficiem corporis invitando, *spissorem* eorum consisten-
 tiā *resolvendo* & diluendo, vias, canales, poros & fi-
 bras emolliendo & relaxando, *æqualem* humorum distribu-
 tionem promovendo, transpirationem *auctiorem* &
congruat *sudationem* alliciunt & provocant, imprimis dum *Se-*
nillum *subjectorum* *cutis* rigidior & aridior nec non hu-
 morum massa spissior redditur. Præter hæc auxilia ean-
 dem excretionem cutaneam & necessariam transpiratio-
 nem promovent *moderati motus* corporis atque congrui-
 labo-

labores, qui singulis reliquis *salutaribus* excretionibus
facilitandis perquam conducunt: de qua consideratione
medica speciali instituto egit D. D. PRÆSES de Sudoris
ambulatorii salubritate & insalubritate. Deinde etiam
maxime refert & *sanitati Senili* conductit, ut alvina ex-
cretio constans atque sufficiens sit, maneatque, quæ re-
ctius ordinariis, domesticis & diæticis mediis suble-
vanda erit, quo magis alimenta liquida, mollia, humi-
da, medicocriter dulcia, remissius salina conferunt, hi-
sce sociandas sunt substantiæ emollientes, temperatae pin-
gues, oleose diæticæ, ut & media passiflora, prunata,
poma & pyra dulcia &c. imprimis *modicus dulcium* aut
saccharatorum esculentorum usus Senibus admodum con-
fert: *huc spectant gelatina cum passulis & roscocis addi-*
tamentis paratae: nec lacticiniorum, mellitorumque pro-
vidus usus improbandus est: haud vero consultum est Se-
nilia subjecta quoad alvi promotionum s^ap^e aut sollicite
artificialibus s. pilulis, s. mannatis, s. aliis tractare & adi-
gere, quia multa inde incommoda fibi accersunt; quæ
prolixius recensere haud instituti præsentis fert ratio: cer-
tius, securius & efficacius autem hæc excretio lenioribus
diæticis, alimenti & medicamenti vices tenentibus, pro-
moveri potest. Subinde autem ad hanc evacuationem,
pharmaceutica ope provocandam, ægre perforunt Senilia
subjecta, mannata, tamarindinata, cassiata nec etiam
cruda aloetica, larga hellborina, omnium minime po-
tentiora purgantia: nec etiam rhabarbarum pulverisatum
admodum illis confert, quia bile non abundant, spissas
magis & acescentes cruditates in ventriculo & intestinis ge-
runt, organa excretoria fusciora & strictiora habent, &
odas
cœte-

ceteroquin a rhabarbaro in substantia adhibito, post impre-
tratam aliqualem alvi liberationem pertinaciorem ejus ad-
strictiōnē & retentionē experιuntur: quod si vero
pharmaceutica auxilia hisce subjectis ordinare causē postu-
laverint, tunc pilulas modica quantitate Stahlianās, syr-
ros. solut. de Cichor. c. rhabarb. Passifl. Laxatin. passifl. &
pruna laxativa, fol. Sennae c. passifl. aur prūnis addito aro-
mate, aut alio carminativo decoctā ordinamus. Cœterum
eriam potus sufficiens non valde crassus & saturatus, nec
nimis aquosus, sed temperatus ad humectandam & lenien-
dam alvum convenit: quo etiam decoctum dilutius Coffee
cum laetē & quodam aromate sufficienter dulcificatum per-
tinet: nec minori efficacia mellita, saccharina, vina dul-
cia varia præparatione atque enchiresi domestica & culi-
nari ordinata eandem virtutem placide alvum admonen-
tem & facilitantem habent.

§. XIII.

Præter hasce evacuationes ulterius in senili ætate
urinæ facilis & sufficiens successus promovendus, tanto
magis quia hac ætate multa *incommodo* hanc excretionem
affligunt, ut spasmi vesicæ urinariæ, ardor urinæ, ifchu-
ria, imprimis dysuria multos cruciatus causentur; id quod
tanto magis in subjectis *plethoraicis*, calidi temperamenti,
animo & corpore adhuc respective agilibus, effectibus &
illecebris aut plane exercitiis *iracundis* & *libidinosis* dedi-
cis, diætae *falsæ*, *aromaticæ* & intensius *sapidæ* aut *gene-
rose* atque vinose valde addictis expectandum est: quam
ob causam diæta *liquida temperata*, prædictis jusculis her-
baceis cum sem. carv. cumin. dauci, petrosel. apii, aneth.
anis. foenic. cardamom. bacc. junip. decoctis, ut & præ-

F

para-

parationibus culinariibus passulatis, prunis decoctis, similibus fructibus dulcibus coctis, esculentis cichoraceis, petroselinis, juniperinis, selinis, nec non gelatinosis domesticis, decoctis hordeaceis, avenaceis, lacticiniis, farinaceis, oryza cocta, decoctis & gelatina e C. C. & ebore rasptis, aut aliis decoctis & infusis domesticis aquosis dilutioribus, ad invitandam, facilitandam & excitandam diuresin per quam conducunt: *Concentrata* diuretica, spirituosa salina alcalina, volatilia, & talia Succinata, juniperina, therebinthinata, anisata, acria, destillata, oleosa: hæc subiecta *agre* perferunt; nec etiam *cruda acida*, austera, acerba esculenta & potulenta, ut & *vina junivora*, crudiora, sulphurata, vappida, valde acida, aut cerevisia admodum dulcis, mucida, recens, parum defæcata, aut spissa, nimis saturata, valde adultra, accescens quam duriusculam hærtlich nominant, illis subiectis conducunt, quia hanc urinæ excretionem graviter turbant: Quod si itaque diureseos incommoda senserint, praedieta diætætica magis, quam operose arte facta aut pharmaceutica usurpent: quo etiam topica lenientia, & securè sedantria conferunt, quæ in forma cataplasmatis cum lacte decocta aut vesicarum lacte calido vel decocto emolliente impletarum ad lumborum & peccinis regionem applicari possunt, velut e radd. malv. alth. lil. alb. liquirit. ir. flor. herb. meliss. malv. parietar. mercur. salv. menth. fl. alth. lil. alb. sambuc. aneth. verbasc. chamom. vulg. melil. sem. scen. bacc. juniper. croc. orient. &c. parandi. Si vero quidam Senes præcedentibus æstatibus, liberalius sudarunt, nunc autem ob corpus Senile rigidum parcus sudant, tunc diuresis paulo largius succedit, que non turbanda, sed iuscit modice roborantibus sublevanda. *Pectoris* subinde haben-

benda erit ratio, ne *debita* illius excretio offendatur, *super-*
primatur, aut pervertatur: quare *frigidam auram*, *aspe-*
rum & frigidum ventum, *frigida ingesta*, & *quæcunque*
ærido-austera adstrictione *fauces* molestant, sollicite fu-
gienda sunt: rectius *mixtus calida* liquida assument, sicut
supra commendatus *vespertinus mellis usus* peccus leniter,
secure & efficaciter repurgat, quod etiam *temperata dul-*
cia diætetica & *ipsum vinum dulce*, modica quantitate u-
surpata, conveniunt: *huc pariter butyri*, *cum ruta & salvia*
combinati, *comestio diætetica* quadrat: non exclusis in-
fusis aquosis herb. *veronic.* *salv.* *tussilag.* *rad.* *liquir.* *ir.* *flor.*
enul. *cum caric.* *pingu.* & *tantillo* *croci orient.* *instruendis*
& *modico* *sacchari candi* *cicurandis*. *Capitis* *purgatio* per
emunctorium narium *promoveatur*, *infuso aquoso calido*
herb. *major.* *cum sem.* *nigellæ*, *parcius* *cum squamula* *aut*
linteolo *intra nares* *atrahendo*, *vel spir.* *Sal.* *ammoniac.*
cum pauxillo balsami oleosi mixto pro odore adhiben-
do; *remotis* *pulveribus* *potentius errhinis & ptarmicis:*
huc etiam illis, *qui de frigidiusculo capite & cerebro con-*
queruntur ac fixis catarrhalibus stagnationibus vexantur,
faculi nervini *pro capite* *conveniunt*, *e rad.* *angel.* *ca-*
ryophyll. *ir.* *flor.* *galang.* *valerian.* *herb.* *serpill.* *betonic.*
catarrismar. *abrotan.* *matricar.* *puleg.* *menth.* &c. *flor.* *la-*
vend. *paralyf.* *sem.* *anis* *croc.* *orient.* *camph.* *thur.* *mastich.*
G. *elem.* *benz.* *L.* *aloes.* *Sassafr.* *rhod.* &c. *conficiendi.*
Quod autem individuales consuerudines, *Senibus familia-*
res, respicit, tunc illæ ægerrime averti possunt, quia
jam consenserunt: ob id si malæ & præjudiciose fuerint,
indulgentius & remissius interdum cobibenda, non vero
simul & semel *supprimendæ* *sunt, servata & subjuncta il-*

la præcautione, ut tempestive & congrue mala inde metuenda præoccupentur & declinentur: nam in hac ætate consuetudines etiam *consenserunt* & *firmae* habent radices, ideo *dupla* qualitate *immorigeræ*, morosæ & pertinaces sunt, quæ propterea *indulgentius* tractandæ & magis *removere*, quam positive & directe *mitigandæ*, ne vide- licet talia *offendicula* & irritamenta admittantur, quæ il- las *allicere* & exacerbare possunt, unde rectius lenientibus, *temperantibus* & selectis sedantibus tractari debent, si pericula minantur.

§. XIV.

Ultimo denique loco paucis adhuc *seleetas* quasdam observations, præcedentibus annexèrere placet: Quid itaque judicandum erit de *usu* & *utilitate vini* in *Seneclture*? vulgo constat, quod Senes avide haustulum vini apper- tant, unde refectionem eine *Lab-* und *Stärkung* sperant: sed merito quæritur, an ipsis etiam conducat: commune quidem & antiquitus receptum est assertum, quod *vinum sit Lac Serum*, sicut *LENTILIUS* in *Ereodromo Med. Pract.* p. 118. inquit: *Vinum Lac Serum, Puerorum Venenum:* Quamvis quidem *confortantem* virtutem in *senibus*, bau- tamen ullibi *alimentosam* vim habeat, tamen hæc com- mendatio *circumspekte* assumenda & imitanda est. *VALLESI- US de Sacr. Philos. c. 29.* huic dieterio bau- assensum præ- ber: quare cum limitatione & *discretione* illa commenda- tio accipienda est: *recenzio*, cruda, sulphurata, acida, austera, gravia, harte, rohe, junge, schwere Weine, omnibus *Senibus infensa* sunt, proinde etiam *Germanica acida* Vina, velut Rhenanum, Mosellanum, Franconi- cum, imo quædam Gallica harum qualitatum, *Senibus parum*

parum conferunt, quæ ventriculum *nimia* aciditate, quā
 alios hinc in ætate *incommode* afficitur, molestatur; quare
 nonnulli medici *bene* ordinant, ut tales Senes, quibus *fa-*
cile infensa aciditas in ventriculo generatur & accumula-
 tur, tale vinum *adultum* acidæ qualitatibus sufficienti *aqua*
 copia dilutum & *temperatum* usurpent, quod hac miscela
correctum, ventriculum *roborat*, *concoctionem* allevat, se-
 & *excretiones* adjuvat aliasque utilitates provocat. Alias
 autem inter vina Germanica genuinum *adultum Mosello-*
num, aut *Neccerorum præaliis* hinc in ætate confert: dum
ocida vina *pure* ingesta, *morbificam* aciditatem in ventri-
 culo *augent*, *concoctionem turbant*, *ruetus* molestos ni-
 dorosos & asthmata stomachalia causantur, alvi adstri-
 ctionem, urinæ varia vitia, & multa alia *incommoda* ge-
 nerant: quare *AVICENNA* dixit: quod *vinum dulce* sit
Lac Senum: sed neque huic exoticæ, peregrinæ, aut arabi-
 cæ commendationi nostris in oris adeo promiscua fides
 tribuenda, nam quod valet de *vino arabico* in gente *ara-*
bum, id non valet de vino tali aut arabico, aut exoticō alio
 in provinciis *Germanorum*: ideo etiam *parcius dulci* vino
 Senes *nostrarum* regionum uti debent: imprimis autem
 provide explorandum est, an talia subiecta ad generandam
 & colligendam *multam aciditatem* in ventriculo valde *pro-*
na sint, cum nec dulce, nec acidum vinum *facile* aut promi-
 scue convenit: quamvis etiam aut natura dulcia, aut alia ope
 dulcificata vina Senibus *oluum aperiam* servent, tamen pro
 varietate aliorum ingestorum cibariorum facile aut valde
 fermentantium modo molesta *tussis stomachalis*, modo
asthma stomachicum, modo cardialgia, vomitus, colic-
 a, alii fluxus, & varia urinæ vitia inde excitantur: quam

ob rem *Senes vino* non nisi *medica* relatione & destinatione
uti debent.

§. XV.

Deinde alia observatio paululum concilianda & ex-
plicanda venit, quam circumspēcte videlicet *Senes* tra-
ctandi sint, si *hemorrhoidalibus* motibus & fluxibus obno-
xii sunt, sub hac qualitate *accurata* & *temperata* Diæta,
moderatus corporis motus, & idonea media, *alvi* excre-
tionē promoventia, perquam conducunt. Diæta ita
sit comparata, ut *superius* indicavimus, quae concoctionem
allevat, non aggravat, *cruditates* & *flatus* arcet,
excretionem alvi & urinæ facilitat. Motus corporis aut
ambulando, aut vehendo, aut equitando lenius exerceatur,
evitata videlicet *nimia sanguinis* commotione, corporis
exæstuatione & *virium* dilapidatione. Alvum promoventia
magis *culina*, quam pharmacia suggerat, & *talio* quidem,
quae *superius* commendata prostant: e pharmaceuticis pi-
lulae Stahlianæ, circumspēcta ordinatione, passulata, pruna-
ta, & singulare circumspēctione mannata cum cremore tar-
tari & temperato carminativo mixta adhibeantur, quo e-
tiam rhabarbarina *in nonnullis*, ast non indiscreto usū, spe-
stant, sed neutiquam tosta: quamvis in *multis* perita & *judi-*
ciosa circumspēctio cum *mannatis* observanda sit. Non pauci
ante portas Sene&tutis, & quando hasce intraverant, va-
riis molestiis viarum *urinariarum*, præcipue spasticis, & ar-
dentibus vexantur, quae communiter deficientem aut re-
tentum urinæ successum comprehendunt; cui afflictioni
magis *diæticis lenientibus*, emollientibus, oleosis, tempe-
ratis pinguibus, quam positivis & forrioribus diureticis sub-
veniendum, quo pariter temperata lacticinia & gelatinosa
spe-

spectant: calida ingesta hic imprimis conferunt, omnia
 frigida & refrigerantia sollicite sunt vitanda, sicut ante mo-
 nitum fuit: Et hæc singula præcipua sunt adminicula, qui-
 bus divina bonitate dirigente *viridis* Senectus in *variis* in-
 dividuis promoveri & acquiri potest, quorum ope atque
convenienti usu facilius & certius expectata & exoptata sa-
 lubritas naturalis adjuvare potest, quam si fallacia talia ex-
 perimenta, ad *Paracelsi* persuasionem Senectus retrahi,
 aut juvenili ætarl restitui, inque hanc reduci valeat, ad-
 hibentur, de qua irrita promissione præter *VALLESIUM,*
PERAMATUM, FREYTAG, FRANCUM, PANSAM, CAR-
DANUM & LOTTICHUM, qui de eadem egerunt illam.
 que refutarunt, *vid. R E J E S. Camp. Elys. juc. quæst. 26.*
BRAVO de dogmat. Medic. præstantia Sect. i. resol 13 p. 39. sq.
 sub tali sobrio rerum naturalium usu expectanda & pro-
 mitienda erit, *viridis & venerabilis* ætas senilis, quæ ge-
 ntuinis meritis rectius, quam rugis & canis se probat, ut
AMBROSIUS eloquitur: *Vere Senectus illa venerabilis, qua*
non canis, sed meritis abescit. Sed satis nunc de hoc argu-
 mento actum, ne limites instituti nostri transgrediamur.
 Quoniam præsens nostra tractatio senuit, limitesque sui
 progressus latius extendit. Quoniam vero juxta proverbium
 nil facilis senescit, quam gratia, ideo clausulam huic
 tractationi imponimus, cum gratarum actione Deum-
 que rogamus, ut præsentem laborem sua gratia comite-
 tur, efficiatque ut is omnibus ingenuis Senibus
 salutarem indicet & promoteat usum,
 effectum atque

F I N E M.

(4)

Erneuerung des Himmels und der Erde und der Hölle
 ist nicht allein eine schreckliche Sache, sondern auch ein
 sehr schönes. Es ist nicht nur das Ende der Welt, und
 es ist auch die Auferstehung der Toten. Aber es ist auch
 eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.
 Es ist eine sehr heilige Sache, dass Gott den Menschen nicht
 allein errettet, sondern auch die Erde und die Hölle.

М Е И Н

01 A 6505

4



nur 10. Stück 7A-706
Bücher Verkaufsstelle

VDR



DISSE^{20.}RTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
**SENECTUTE
VIRIDI,**

Wie man ein lebhafst und gesundes Alter erlangen
und erhalten könne,

Quam—

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu arque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P RÆ S I D E,

DN. D. MICHAELE ALBERTI.

SACR. MAJ. REG. PORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS

ANNO MDCCXLII. D. NOVEMBR.

Publicæ ac placidae Eruditorum ventilationi subiecit

AUCTOR RESPONDENS

GOTTLOB FRIDERICUS KREBS,
JOESTADT. MISNICUS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.*